Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35162
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Nugas indeclinabile hebraice
et idem quod nugax
et omnis generis ut dicit papias
et invenitur tam in singulari et
in plurali numero. Unde nugas
i. vanus ita dicit glosa super
sapiencie iiii°
Nugax .acis. omnis generis
dicitur vanus fatuus et stultus
inutilis qui assidue nugis
intendens
Numen .inis. i. divinitas
Numisma .atis. proprie
inscriptio in nummo que
et moneta dicitur per quod
nummi discernuntur et ponitur
pro ipso nummo unde dicitur
Mathei xxii° ostende
numisma i. nummum census
pro censu capitis dabatur ita
exponitur in hystoria et dicitur
nomisma et quasi a nominibus principum quia nominibus principum et effigies signatur
Nummularius dicitur mensarius campsor negociator
Nuces et nucis ipsa

et persona dicitur qui mittitur
Nundine .arum. in plurali tantum dicuntur conventus mercatorum
Nundino .as. are i. vendere vel emere
Nuto .tas. tare dicitur frequenter nutare sicut facit qui cum nuit digitis vel oculis Et nutare dicitur frequenter hesitare sive vacillare sive titubare dubitare vacillare timere movere
Nurus .rus. rui. est uxor filii
Nutus .tus. tui dicitur consensus et voluntas et signum quod fit oculis manibus
Nux .cis. ucis a nocendo quia umbra eius proximis arboribus nocet et dicuntur
nuces generaliter omnia poma tecta corio duriore ut pauce nuces castanee avellane glandes amigdale
et hec nucleus [illegible] quia